pars movetur corporis gravis. et dixit quod
cum posuimus quod leve in quantum est
leve componitur ex elementis convexis in forma
sed paucas et grave simpliciter eius componitur
ex illis eisdem elementis. si multas contingeret ut
aliqua pars aeris aut ignis sit gravior
aliqua parte terre ita quod illa pars aeris
aut ignis debet moveri ad inferius. possibile
est enim accipere partem aeris magnam in
quantum sunt plura elementa quam terre. quare
contingeret ut illa pars magna aeris de-
scendat ad inferius. et hoc intendebat cum dixit
necessario ut aliqua quantitas aeris in multitudine
etc. i. possibile est accipere partem magnam aeris
in qua sunt plures trianguli quam in parte parva
terre. quare debet moveri ad inferius. cum il-
la pars terre sit continuum ut esse. quanto maior
fuit aer tanto citius movebitur ad superius.

His autem non sufficientis.

Secundum quod hunc modum
distinxerunt isti grave et le-
ve et hac dispositione dispositi
sunt ea aliis vero dispositi
ut ista distinctio et dispo
sitio quam isti distinx-
erunt hec et determinaver-
unt alia sua. et sunt isti
priores aliis in tempo-
re. et nos videmus quod quedam
corpora sunt maioris spis-
situdinis quam alia. cor-
pus enim durissimum
est gravius. declaratum
est quod quod grave et leve
non fiunt ex multitudine
et paucitate homogeneo-
rum quoniam si ita

esset tunc spissitudo in
eis esset equalis.

Post hec quod dixit. secundum igitur hunc modum
posuerunt dicentes quod causa gravis aut levis
est multitudo et paucitas triangulorum
s. plato et eius sequaces. et post hec quod dixit a-
liis autem etc. innuit democritum et eius sequ-
aces dicentes partem esse indivisibilem. sermo
enim istorum quod causa gravitatis et levita-
tis est multitudo et paucitas elementorum. s.
corporum indivisibilium est magis conveniens
nature quam sermo platonis. et ideo dixit quod
iste sermo est potior in tempore quam alius. i. et de-
beret esse eius sermo enim posterioris debet esse
acutior et rectior et in hoc reprehendit plato-
nem. Deinde dixit et nos videmus quod que-
dam corpora etc. i. et intendit hic per spissitudi-
nem magnitudinem. et est iste sermo contradicens
dicentibus quod causa gravioris et levioris est
multitudo et paucitas elementorum. cum enim
contradixit huic opinioni et levi et gravi
simpliciter incepit contradicere ei et gravi
et levi secundum comparationem dicendo quod si causa
propter quam quedam corpora sunt graviora
aut leviora esset multitudo aut paucitas
elementorum consimilium sive triangulorum
sive corporum indivisibilium contingeret
ut nullum corpus minus videtur gravius
alio corpore maiori ut de plumbo et ferro
s. quod pars minor plumbi est gravior
parte maiore ferri et manifestum est si plum-
bum et ferrum componuntur ex corporibus
indivisibilibus aut ex superficiebus triangulis
quod maius est plurium superficierum aut plurium
corporum indivisibilium. quia ista elementa
sunt sunt infinita in numero in compositis
parvis et magnis et in hoc omnes conveni-
unt qui dicunt   esse et vacuum quod di-
cunt esse quidam dicentes corpora esse indivisibilia
et ideo putantur quod dicere hec corpora esse est
valde sufficiens. Deinde dixit. quoniam si autem es-
set etc. i. quoniam si causa gravitatis et levitatis
esset multitudo et paucitas partium contingeret
ut omnia equalia in gravitate essent equalia
in magnitudine. sed contrarium videtur esse.

prima et et indivisibilia.

Dicentes vero quod corpora
sunt composita ex partibus
indivisibilibus qui corpora
componunt corpora ex superficiebus